



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XXIII. Ravennaten. seu Ferrarien. bonorum. Facta concessione
emphyteutica, pro se suisque filiis, & liberis descendantibus, usque ad
quem gradum extendatur. Et de Statuto Ferrariæ disponente, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74102](#)

RAVENNATEN.

S E V

FERRARIEN. BONORUM

P R O

ARCHIEPISCOPO,

C U M

COMITIBUS DE ROVERELLIS.

Casus disputatus in Rota, ubi pendet.

Facta concessione emphyteutica, pro se suisque filiis, & liberis descendantibus, usque ad quem gradum extendatur. Et de Statuto Ferrariae disponente, concessiones emphyteuticas non extendi ultra quartum gradum, An habeat locum in bonis Ecclesiae.

S V M M A R I V M

- ¹ **F**acti series.
- ² **D**e verbo liberorum, & descendantium, & num. 8.
- ³ **S**tatutum Ferrariae, quid in hoc disponat.
- ⁴ **S**tatuta laicalia non comprehendunt Ecclesiastis & Ecclesiasticos, & n. II.
- ⁵ **E**mphyteusis etiam Ecclesiastica potest esse perpetua.
- ⁶ **R**egulariter autem non excedit tertiam vel quartam generationem.
- ⁷ **I**n dubio concessio censetur facta iuxta rei naturam & subjectam materiam.
- ⁸ **D**eclaratur conclusio de qua n. 2.
- ⁹ **C**onsulentium auctoritas suspecta.
- ¹⁰ **S**tatutum quamvis non liget, attamen attenditur etiam pro interpretatione voluntatis excepti.
- ¹¹ **D**eclaratur conclusio de qua n. 4.
- ¹² **B**onifaciana quid continet, & de ejus declaratio ne per Paulum V.

DISC. XXIII.

Archiepiscopus Ravennatensis de anno 1516, investit Joannem Herculem Roverellum de quibusdam bonis in ditione Ferrarien. existentibus, prose, suisque filiis, & liberis descendantibus, Cumque bona predicta possiderentur per Lelium & alios à dicto Joanne Hercule quinto gradu distantes, idcirco ex parte Archiepiscopi seu procuratoris Mensa requisiti fuerunt ad recipiendam renovationem, solvendumque laudem, eisque recipiuntibus acceptata fuit devolutio, & successivè super ea obruentur fuerunt binæ sententiæ, una ab eo Vicario, quem Archiepiscopus in Civitate Ferrariae habere solet, & al-

tera à quadam Canonico Ferratiensi judice appellatio[n]is, à quibus commissa causa in Rota coram Tria, dato que dubio, *An dicti de Roverellis tenerentur recipere investituras, & solvere laudem in eum, eoque positio sub die 20. Februario 1608.* nulla capta fuit resolutionis, quae pendet.

Punctus hujus disputationis etat in eo, an investitura esset finita, necne, si enim duraret, non controve[sti]ebamus. Ego & cæteri pro Archiepiscopo scribentes, nec renovationem petendam esse, nec aliquod laudem solvendum, si autem esset finita, scribentes in contrarium patitur non negabant esse locum alternativam petitioni Mensa Archiepiscopalis, vel scilicet quod renovationem cum solutione laudem posse obtinere tenerentur, vel devotionem pati.

Pro duratione investitura, scribentes pro reis conuentis fundamentum constituebant in significacione verbi, *liberorum*, ac alterius *descendentium*, ex & quorum uno vel altero, multo magis uroque simul veniunt omnes descendentes in infinitum *ad textum*. in liberorum de verb. signif. cum concord. collectis per Fusar. q. 325. & 327. & in specialibus terminis investiturae allegabant auctoritatem Bertazzoli cons. 12. in cibilibus. Fulgin. de emphyteufi. de success. q. 3. Rosenthal. de fenis cap. 7. conclus. 36. nro. mer. 9.

Et ad statutum Ferrariae rubr. 122. lib. 2. quod appellatione filiorum vel liberorum comprehendantur solum descendentes usque ad quartum gradum ex linea masculina secundum jus civile, & in quo statutum nostrum erat fundamentum; Respondebant, illud utpote laicale ex defectu potestatis, ac etiam ex illo voluntatis, ubi Apostolicam confirmationem quoque haberet, non comprehendere Ecclesiastis & Ecclesiasticos, deducendo firmata in fortioribus terminis statutorum Urbis, specificam Apostolicam confirmationem habentium decis. 58. par. 6. rec. Romana pecuniaria 18. Junii 1655. 28. Martii 1664. coram Cerro, & in aliis, ac etiam constituendo fundamentum in Bonifaciana, ejusque declarationibus factis per Paulum V. & quod in dicta propositione dedit occasionem dubitandi.

Verum, reflectendo etiam ad veritatem, iusta & probabilis mihi videbatur petitio Archiepiscopi, cui præmissis non obstantibus justitiam assisterem credebam, siquidem, Ut enim scribendo in causa dicebam, per tres vias ambulare oportebat, vel scilicet per illam juris communis, praecinctendo à quocumque jure municipaliter statuti, quam Bonifacianæ, Vel attendere statutum, Vel demum dictam Bonifacianam, & qualibet via attenta, claram videbatur bonum jus Archiepiscopi.

De jure siquidem, non negabam, quod etiam emphyteusis Ecclesiastica potest esse perpetua & transitoria ad quosecumque descendentes in infinitum, universa linea durante, quinimò etiam hereditaria ad quoslibet etiam extraneos heredes transitoria ex dictis apud Merlin. decis. 860. & 872. & per adden. ad decis. 26. num. 12. & sequen. par. 3. recente. ubi concordantes. Atque de Ecclesiastica emphyteusi uno vel altero ex præmissis modis perpetua habetur pluries in aliis hoc eod. tit. Attamen id procedit accidente expressa conventione seu legi investitura ita disponente tanquam per speciem limitationis regulari alias militantis in contrarium, ut scilicet de illius regulari natura sit non egredi tertium gradum, vel ad summum quartum cum sola questione, an persona acquentis seu activa generatio comprehendatur necne, ut habetur apud Merlin. decis. 420. & 454. dec.

39.par.8.rec.355. & 357.par.11.cum aliis in Bononien.
sēu Nonantulana hoc ist. dis. 15.

Et consequenter non ex eo quod concessio cantet sub aliquo vocabulo generico apto comprehendere plutes gradus ultrā territorū vel quartum, sequitur istos 7 egredi, nō accedant verba perpetuitatem, ac ulteriorem progressum denotantia, ut accedebant in dictis decis. Merlin. 8 o. & 662. ex regula, quod concessio generalis & ambigua regulanda est à subjecta mactria, sive à regulari natura bonorum, ex deductis per Mantie. de tacit. lib. 2. tit. 5. num. 6. 12. & 15. ideoque dicebam non intrare regulam textus in dicta lib. liberorum cum concord. per Fusar. dicta quest. 325. & 327. & per Paris. conf. 75. num. 60. cum sequen. lib. 2. cuius auctoritas in specie magnificabatur, cum percutiant terminos fideicommissarios; sēu alii bona privata in differentia, non autem istos terminos peculiares emphyseus Ecclesiasticae talem naturam de jure restringentia habentes, unde propterea non solum intrabat dicta interpretatio desumenda à subjecta materia seu natura & qualitate rei concessae, sed etiam altera regula, quod in dubio voluntas metienda est à potestate, atque actus interpretandus est eo modo, quo licitus & validus existat, & prout de jure fieri debet. Unde cum cessante consuetudine, vel alia iusta causa, regulariter inferiori Prælato prohibutum videatur concessio nem emphyteuticam ultra dictos gradus facere, ut advertitur dicta decis. 39. par. 8. hinc proinde dictum vocabulum generale, quod in rebus indifferibus in sua latitudine operatur, ratione subjecta materiarum ad ejus limites restringendum est.

Ea etiam facti circumstantia accidente, quod in eadem investitura, expresse supponitur adesse debere personas, quae in ea non comprehensa, & a comprehensionis discreta renovationem accepturæ essent, ergo dicta vocabula non possunt operativa esse in sua latitudine.

Neque contrarium dicunt allegatae auctoritates Bertazzoli Fulgin. & Rosenthal. quoniam quicquid sit de dicta auctoritate Bertazzoli, in cuius casu implenet fatetur contrarium consilium fuisse per Riminaldum; Ideoque incertum est, cui ex his in vicem contrarii testibus, quorum quilibet ad propinquenducens oportunitatem depositum, deferendum sit, ut est consuetudo consilientium, quorum proinde auctoritas semper suspecta vel modica est, ut apud Franch. dec. 260. num. 5. & 6. Rota dec. 438. n. 12. p. 9. recent. & in Laudens. censu 21. Junii 1660. Tais; Adhuc tamen ille non percutit istos terminos, cum tractet diversam questionem, An scilicet durantibus adhuc generationibus, solendum esset laudem ob alienationem factam in unum ex comprehensionis constitutum in tercia generatione, ipseque potius supponere videtur non egredi quartam; Rosenthal. verò neque percutit hos terminos, sed solum tractat questionem, an sub nomine descendentiis veniant masculi ex feminis. Et Fulgin. agit de comprehensione bonorum emphyteuticorum sub fideicomissio ob admixtam qualitatem hereditariam, & sic extra calum questionis.

Quicquid autem sit de praemissorum veritate, majori judicio reservata, an scilicet facta simpliciter concessio emphyseus Ecclesiasticae pro liberis & descendentiis indeterminate absque restrictione generationum, vel enumeratione personarum, ac etiam absque verbis perpetuitatem denotantibus, intert nec ne dicta restrictione ad gradus à jure prescriptos, super quo consuetudini, sēu observantia tanquam optimæ interpretationis deferendum videtur,

In hac tamen specie id mihi videbatur absolutum, stante dicto statuto id expressè declarante, capiendo non in ratione auctoritativa & legislativa, sed in ratione interpretativa, quoniam etiam dispositio non subdit interpretationem recipit à statuto, cum quo censetur suam voluntatem regulasse, etiam respectu bonorum extra territorium juxta dict. 447. Merlini, alibi dec. 355. par. 5. rec. 11. 10. cum seqq. ubi etiam de concessione bonorum Ecclesiæ; Et in specie quod concessio in dubio censetur facta juxta usum regionis ejusque ius municipale, Mantie. de tacit. dicto lib. 22. tit. 5. n. 11.

Et quamvis vera sit dicta propositio, quod statuta laicalia non comprehendant Ecclesiæ, ac personas, & bona Ecclesiastica, attamen id procedit in comprehensione passiva, sēu auctiativa & jurisdictional, quoniam paria sunt forum fortis, & legibus ligati, non autem in ratione activa & privilegiativa, & pro uso voluntario ac utili, ut ceteris allegatis firmatur in Romana seu Januen locorum montium 26. Junii 1648. coram Cerro & habetur particulariter actum in Romana pecunaria de Sancta Cruce sub tit. de dote, ubi explicando decisiones defuper allegatas in ea causa editas coram Cerro, advertitur ibi deducta percutere statuta præcipientia certas tolemittantes in ipso actu contrahendi, quasi quod clericus, vel aliter exceptus, illam statutariam formam non adhibendo, ita animum suum tunc declarat nelle ut statuto, sed velle agere auctum ad formam juris communis; Secus autem dicta ratione leui consideratione cessante, quoniam cum clericos vel Ecclesiasticos statuti laicalibus non ligari inductum sit in eorum favorem & privilegium, ac pro evitando onere vel gravamine exinde resultante, esset alii dare, quod inducat in favorem retorquerentur in odium, & quod deterioris conditionis essent Ecclesiastici, quam sacerulares, quodque clericatus vel Ecclesiastica qualitas privaret civilitate naturali vel alia qualitate, ob quatuor lex municipalis favorem ac utilitatem inducit, ut in dicta Romana pecunaria sub tit. de dote; Et id est tunc objectum intrarer, quando verba essent contraria dispositioni statutariae vel juris communis, quia nempè dictum esset pro descendantibus quibuscumq; sive in perpetuum, &c. sed cum verba sint æquivoca & recte compatibilia cum utraque dispositione juris communis & municipalis, cesseret dicere enim difficultatem, cum ita duplex correlio, sēu exorbitantia admittenda non sit, dum verbum liberis descendantibus recte est verificabile ac operativum remaneret in filiis, nepotibus & pronepotibus cadentibus sub quarta generatione.

Clarius verò ac pro meo iudicio extra principium dubitandi in hac facti specie, in qua statutum in bonis laicalibus de sui natura perpetuis, atque juxta propriam vocabuli significationem ad universem descendientiam transitoris, ita corrigoendo juris dispositionem, seu alterando bonorum & verborum statutam, inducit hujusmodi restrictionem, multò magis attendandam in bonis Ecclesiasticis, in quibus illa est conaturalis, ac juris dispositioni conformis, ne alii demus, ut tenebrae fiant lux, & lux jure tenebrarum censeatur, sive quod demus operationem ignis in viridi, illam verò negemus in arido. Accendentibus eriam aliis circumstantiis; Primo scilicet præsupposita observantia generaliter, & perpetuo optima interprete, Secundo interpretatione D. regionis, quoniam apud Leoncell. dec. Ferraria 85. n. 1. & 10. & per Pugnat. in Glossad idem statutū n. 80. proceditur cum hoc certo præsupposito, ut indefinitè dictum statutū procedat, sive agatur de bonis laicalibus, sive Ecclesiasticis. Et

D E E M P H Y T E V S I D I S C . XXIV.

57

Et tertio fortiter, quia ut supra consideratum est, ipsiusmet investitura contextus supponit futurum esse casum ut descendantia durante, petenda sit renovatione.

Denum quoad Bonifacianam, ejusque declarationes sub Paulo V. videbatur hoc fundamentum non refragari, sed potius suffragari huic parti, ipsa siquidem Bonifaciana disponit solum circa libertatem alienandi, & disponendi ad instar allodialium, investitura durante, sive quod ob Canonem non solum, servitum non praestitum, investitura renovationem non petitam, aut successoris electionem non factam, non intret devolutio, qua omnia non influunt ad numerum generationum, sive ad tempus, quo investitura durare debet, quoniam sunt simul, ex jure municipaliter scripto, vel non scripto, bona redacta esse ad instar allodialium, atque in pluribus naturam emphyteusis, vel juris dispositionem alteratam esse, & tamen non protogati tempus, seu generationes, ut occasione bonorum emphyteuticorum Abbatiae Fersen. firmatur dec. 86. par. 5. rec. ac habetur actum super ejusdem decisionis explicatione in Farfen. hoc tit. disc. 8.

Declarations autem ejusdem Bonifacianae factae sub Paulo V. pariter non faciunt ad rem, immo potius assistunt, cum solum in eis declareretur concessiones, quamvis in verbis cantantes pro se, & filii, intelligentias esse pro nepotibus, & alii sive ad quarum gradum ad normam ejusdem statuti, & sic solum interpretatur dictum verbum filii, quod alias strixere convenientis solum illis primi gradus, conveniat quoque præfatis ulterioribus descendantibus, quod vel iuxta unam opinionem intelligitur de jure, vel iuxta aliam etiam ex conjectura testatoris, vel alius disponentis voluntate procedit, ex iis quæ plenè collecta habentur apud Finsar. de substit. q. 320. Rota apud Merlin. dec. 206. aliás dec. 6. par. 5. rec. & frequenter in sua materia sub tit. de fideicom. Ideoque clara mihi videbatur Ecclesie, tenui Mentiæ justitia, potissimum dum non agebat ad odiosum, & rigorosum effectum deviationis formalis ad favorem Ecclesie, volentis profite retinere, sed ad solum effectum petendar renovationis, ac solvendi solitas recognitiones, sub laudem corporis explicatas, in quibus ob Canonis exiguitatem, major Domini directi utilitas, & effectus constiteret.

R A V E N N A T E N .

B O N O R U M

P R O

P O M P I L I I S .

C U M

J U L I A N A .

Casus decisus per Rotam pro Julianæ, modo, ut infra.

De concordia Ravennatenſi, ejusque intelligentia, & de jure accrescendi in emphyteusi.

* * *

S U M M A R I U M .

- 1 F *e* acti series.
- 2 De jure accrescendi inter investitos, & numer. 4.
- 3 De concordia Ravennatenſi, & quod non habeat locum ex contraria conventione, & num. 5.
- 4 Declaratur conclusio, de qua num. 2. super jure accrescendi.
- 5 De eadem concordia, de qua n. 3.
- 6 An lucrum dotale debeatur de bonis emphyteuticis.

D I S C . XXIV.

ACOBUS de anno 1612. prævia cessione bonorum de quibus era: questio, titulo onerato. & per quendam speciem emptionis a posseatore, novam investituram accepit à Rectore Ecclesiæ Sancti Alberti, de cuius directo dominio bona erant, pro se, & filiis, ac nepotibus dumtaxat. Cumque ex Jacobo fuisse superstites Hieronymus, & Joseph ex Leonardi filio nepotes, isti expletis annis 29. iuxta investituræ leges, renovationem acceperunt, patiter pro se, & filiis, ac nepotibus dumtaxat. Joseph autem moriens aliquo prole, hæredem scripsit Hieronymam matrem, sub onere ducendi Lauram, ex Hieronymo fratre neptiem, que nupsit Silvio de Pompliis, cum dote constituta, tam ex bonis à dicto Josepho provenientibus, quam ex propria portione Hieronymi ejus patris, dictaque Laura moriens absq; prole condito testamento hæredem scripsit pro medietate dictum Silvium virum, cui pariter defuncto successerunt Innocentius, & Petrus germani fratres, contrâ quos Julianæ dicta Laura soror, tanquam vocata per investituram judicium institutum super portione dictorum bonorum emphyteuticorum, ac obtinuit tam in partibus, quam coram A. C.

Et in introducta causa in Rota coram Veropio, disputatoque dubio, ad quem bona prædicta pertineant, sub die 5. Maii 1664. pro eadem Julianæ prodit refectione, ex motivo juris accrescendi, quia concessa emphyteusi parti pro se, & filiis, & nepotibus, si unus ex filiis absque prole decedat, portio ipsius ad alium filium, & respectivæ fratrem devolvitur ex jure accrescendi, sive ut alii putant, ex vicejusdam pœni de succedendo, seu tacita substitutionis ex investitura resulantis, ad tex. inc. cap. 1. de fendo Marchia Bart. cons. 5. num. 1. & seqq. lib. 1. Clar. 8. emphyteisis q. 39. num. 2. & 3. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 34. num. 19. & 21. Fuligin. de emphyte. tit. de success. q. 20. num. 2. & 3. Rot. dec. 107. num. 33. par. 4. recen. tom. 2. & 176. num. 9. par. 5. cum aliis in dec.

Et ad motivum ex parte illorum de Pompliis deductum à concordia Ravennatenſi, per quam de hujusmodi bonis licitum est liberè disponere ad instar allodialium, & de qua restantur Anchiaran. cons. 12. §. 3. Paris. cons. 108. lib. 1. & cons. 12. lib. 2. Rot. dec. 6. par. 4. recen. tom. 2. responderetur illam cessare, quoties ex contraria conventione, tenui lege investituræ aliter statutum est ex firmatis apud Merlin. decis. 86. num. 11. cum seqq. Rosas dec. 402. & 444. Ravennaten. emphyteisis 9. Decembris 1659. coram Albergato, & de qua habetur hoc eodem in pro Emo disc. 20.

Mibi pro Pompliis scribenti, quatenus pertinet ad primum motivum juris accrescendi, audita resolutione,